



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. XI. Ad cap. X. Eod. tit. De monarchis ad alios ordines transeuntibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

ūπερτίθεσθαι cibum differre, prolongare. Epiph. & Dionys. Epist. ad Basilid. Cæterum de jejunio quatuor temporum vide Concil. Mo-  
gunt. l. cap. 34. & Claremontanum can. 1. Saligunstadiense c. 2.

## C A P. X.

Ad cap. 9. de temp. ord.

S U M M A R I A.

1. Inscriptio emendata.

4. Clericum alienum an liceat or-  
dinare.

2. Hydruntum.

3. Catana.

*Inscriptio  
emendata.  
Hydruntū.**Catana.**Clericum  
alienum an  
liceat ordi-  
nare.*

**C**Lericum alienum non licet ordinare. Est Cœlestini III. ad Hidronensem Archiepiscopum, nescio quem. Lege Hydrundinum, ut est in compilatione II. c. 2. Hydruntum, Otranto urbs Archiepiscopal regni Neapolitani, olim Metropolis sub Patriarchâ CPolitano. In ipso textu fit mentio Episcopi Cathamensis, vel, ut alia exemplaria, Cathamensis. Lego Cataniensem. Catana vel Catonica Urbs Episcopal in Sicilia, sub Archiepiscopatu Montis Regalis, fuerat olim Metropolis sub Patriarchatu Constantinopolitano. Cæterum cum non liceat alienum clericum in suâ diœcesi ordinare tot. dist. 71. inde orta fuit liceat ordi- gravis controversia, inter Græcos & Latinos, quod passim Græci nare. Latinos hique illos ordinarent. Ideò Latini à Græcis & Græci à Latinis suo quiske ritu ordinandi non sunt, ne oriatur rituum confusio e. cum secundum u. b. t. Quod si clericus Latinus de li- centiâ ordinarii ordinetur à Græco antistite, quamdiu toleratur talis consuetudo, ordinati non impediuntur ab executione ordinum susceptorum. Sed ubi in eâdem diœcesi diversæ sunt na- tiones, puta Græci & Latini, Episcopus si Latinus sit, debet consti- tuere sibi vicarium Episcopum Græcum, qui Græcis ritu patrio or- dines conferat. c. quoniam. Infra de offic. ordin.

## C A P. XI.

Ad cap. X. Eod. tit. De monachis ad alios  
ordines transeuntibus.

S U M M A R I A.

1. Novarchi nigri.

2. Quæstio capituli.

Hæc



**H**æc decretalis integra exstat apud Innocentium lib.1. Epist. Nouarchi 231. ad Abbatem & Conventum Cariloc. De quo monachis nigri. sterio supra ad cap. Ex parte 33. de Rescript. Agitur de monacho ad sacerdotii ordinem promoto, ordinis Cisterciensis, ad Monachos nigros se transferente, id est, ad Benedictinos. Nigri enim sunt Benedictini, Albi Cistercienses de vestitu appellati. cap. Ex parte. de Decim. Pet. Cluniacensis apol. advers. Cisterciens. lib.1. Epist. 28. Et vos sancti, vos singulares, vos in universo orbe verè monachi, aliis omnibus falsis & perditis, secundum nominis interpretationem solos vos inter omnes constituitis, unde & habitum insoliti coloris prætenditis, & ad distinctionem cunctorum totius fere mundi monachorum inter nigros vos candidos ostentatis. Quære- Quæstio ca- batur, an post ordinem susceptum relicto habitu nigro ad Cister- pituli. cienses redire posset? Ratio dubitandi, quod Cisterciensis se ad nigros conferens, videretur apostatasse, quasi transisset ad laxiorem regulam. Erat enim Benedictinorum familia disciplinâ remissiore, ejusque Cistercienses propterea excoli. Quare Bernardus Claveriensis, Robertum nepotem suum, cum à Cisterciensibus migrasset Cluniacum, quasi prævaricatorem revocare conatus est, Epist. 1. Monacho autem non licet transire ad laxioris disciplinæ ordinem saltem sine venia summi Pontificis. cap. licet. de Regular. Ratio decidendi, quia non potest arctior videri Cisterciensium ordo cum & ipsi non aliam, quam Benedicti regulam profiteantur, id eoque ordinibus ritè susceptis nil vetat, quo minus in susceptis à Benedictinis ordinibus ministrare queat.

## CAP. XII.

Ad cap. 14. de temp. ord.

S U M M A R I A.

1. Legio, urbs Hispan.

3. Species hujus capituli.

2. Ovetum.

**H**onorius III. rescribit Episcopo Legionensi. Legio urbs Legio, urbs Hispaniæ Leon, à Leovigildo Gothorum Rege denominata, teste Isidoro Chron. 2. Agitur de quodam Episcopo, quem Raymundus Conventrensem ponit. In Manuscripto autem Ovetonensis vel Ovensis reperiitur. Ovetum urbs Gallæcia, Ovetum. R 2 olim